



SESSIO VICESIMA TERTIA

(1 Decembris 1965)

PROCESSUS VERBALIS

Il 1 dicembre 1965, alle ore 11, si sono riuniti nell'appartamento dell'em.mo cardinale Segretario di Stato Amleto Giovanni Cicognani i membri del consiglio di presidenza, della commissione di coordinamento ed i moderatori.

Svolgono le mansioni di attuari i monsignori Vincenzo Carbone e Vincenzo Fagiolo.

All'ordine del giorno è la questione delle Indulgenze.

Dopo la preghiera di rito, il card. Cicognani, presidente della commissione di coordinamento, rivolge ai presenti il seguente discorso di saluto:

« Eminentissimi atque Excellentissimi Viri!

Hodie una simul huc postremum convenimus, atque hac data occasione diversi ac dispares sensus, et laetitiae et cuiusdam etiam desiderii, animos nostros complent.

Quattuor per annos, quot scilicet fuerunt Oecumenici Concilii Vaticani II Sessiones, labores in amplissima illa Synodo peragendos intenta cura diem ex die simul secuti sumus; nunc iam in eo sumus, ut hos labores simul concludamus.

Deo optimo maximo grates nostrae in primis agendaee sunt, cuius munere et adiumento et robore tantis in rerum adiunctis perfructi sumus. At vobis quoque gratiarum actiones referantur oportet amplissimae: vobis, Eminentissimi Patres e Consilio praesidentiae: vobis, Eminentissimi Moderatores: vobis, Eminentissimi Viri e Commissione "de coordinandis Concilii laboribus", simulque Excellentissimo Secretario Generali atque Excellentissimis sub-Secretariis Concilii Oecumenici Vaticani II. Omnes enim, quibus animi dotibus et auctoritate praediti estis, haud levem contulistis operam ad grande huiusmodi perficiendum eventum; ac viribus vestris non pepercistis in Concilii rebus moderandis ac dirigendis, verbo et opere, consiliis atque suasionibus.

Opus, quod in hac re effecistis, etsi haud semper oculis adspectabile, magni sane momenti et ponderis fuit; quam ob causam animi grati Vobis debentur testimonia. Haec Beatissimus Pater exhibere palamque facere saepe voluit.

Concilii quoque Patres, sollemnibus coetibus operam dantes, vestris



hisce curis ac sollicitudinibus satisfecerunt plane. Omnia in aequabili animorum pace et voluntatum conspiratione processerunt, atque confidimus fore, ut etiam fructuosa atque efficacia haec in posterum magis magisque fiant.

Quae omnia cum considerantur, fieri non potest, quin suave oblectamentum atque gratiarum actiones iterum iterumque vobis exprimenda sint.

Verum enimvero ipsi novimus, non omnes laborum conclusiones funditus perpensas atque pertractatas esse; immo, quaedam doctrinae capita locum adhuc relinquere sive investigationi sive disceptationi, ut res permagnae atque innumerae, de quibus in Concilii Sessionibus actum est, progrediantur atque ad perfectam explicationem perveniant. Hac etiam in agendi ratione, quae hominum expectationi haud plene forsitan respondere videntur, Divinae Sapientiae et Providentiae amabilem viam conspicimus, quae "attingit a fine usque ad finem fortiter, et disponit omnia suaviter" (Sap. 8, 1). Scimus pariter, omnipotentis Dei auxilio et ope, fore ut in posterum tempus fructus maturescant laetissimi atque feraces.

Gratias igitur denuo vobis agimus, iisque omnibus, qui validam auxiliatricem operam vobis contulerunt, pariterque singulis Commissionibus, quibus tanta cum utilitate praefuistis. Ac puto equidem magnam vos laetitiam esse capturos, cum noveritis, Beatissimum Patrem vobis maximam existimationem ac benevolentiam praestare, cum de Ecclesia Sancta tantopere meriti sitis.

Sanctitatis Suae laudes nobis praemium sunt amplissimum ».

Si passa quindi all'argomento delle Indulgenze.¹ Relatore è lo stesso em.mo card. Cicognani, che legge la seguente relazione:

« Dum Concilium Oecumenicum proximum iam est ad conclusionem, quaestio de Indulgentiis adhuc illam plenam solutionem exspectat, quam Summus Pontifex postulavit.

Agitur de quaestione, pro qua stat factum, scilicet traditio plus quam septem saeculorum (verbi gratia Indulgentia Claramontana anno millesimo nongentesimo quinto; Portiuncula etc.). Quaeritur: quaenam est aut esse potest agendi ratio Concilii in hac re? Facile non est aliquid discernere nunc, dum Concilium in eo est ut concludatur. At neque opportunum est ut promulgentur decreta, quae disciplinam radicaliter immutent et nimios excitent rumores. Num tacendum est? Sed ephemerides acta diurna iam de

¹ Cf. *Sacra Paenitentiarum Apostolica. Positio de Sacrarum Indulgentiarum recognitione*, Typis Polyglottis Vaticanis 1965: in *Acta Synodalia...*, vol. IV, pars VI, pp. 131-185. Relationes em.mi card. Cento et rev.mi Sessolo: cf. *Acta Synodalia*, vol. IV, pars VI, pp. 185-197.

Disceptatio: *ibid.*, pp. 292-307, 315-335.

Coetuum Episcopaliū sententiae in archivo servantur.



hac re publice egerunt; ex alia parte christianus populus exspectat et generatim indulgentias desiderat.

Utrumque res se habent, iam Episcoporum seu potius Episcopaliū Coetuum sententias novimus; ex iis sex et quinquaginta suum assensum « Positioni de sacrarum Indulgentiarum recognitione » praestiterunt; insuper Orientales Patriarchae atque Archiepiscopus Maior Ucrainorum se eidem Positioni annuere declaraverunt. Unus Patriarcha Melchitarum se ab hac alienum esse aperuit, etsi facultatem indulgentias concedendī Ecclesiae omnino agnoscit.

Vota quoque summi momenti, prolata sive ab Em.mo Cardinali Carolo Journet, sive a Sacra Congregatione de Sacramentis, in Acta relata sunt.

Sedecim autem Episcopales Coetus contrarium dederunt suffragium; sed animadvertendum est, eorum mediam partem territoriis missionali labori obnoxiiis pertinere, ubi Indulgentiarum natura et indoles difficiliter expli-centur, atque propterea Evangelii praecones praecipua tantum christianae fidei capita incolas edocere malint, cum huiusmodi argumentum quibusdam superstitionibus materiam praebere possit.

In disceptationibus mentio facta est de opinione quorundam theologorum, inter quos ecclesiastici viri sunt Poschmann et Rahner (hic alter tamen theologus priore moderatior est), qui censent Indulgentiam non pluris habendam esse quam invocationem auctoritativam Ecclesiae.

In Aula Conciliari Sacra Paenitentiarum proposuit novam mensuram, ut ita dicam, in quavis Indulgentia Partiali impertienda, vi cuius Ecclesia de suo thesauro spirituali tantam sumat et concedat fidelibus remissionem poenae, quantam iidem acquirunt suis propriis actionibus, hoc est precibus, sacrificiis, etc.

Ad Indulgentiam Plenariam quod attinet, hoc propositum fuit, ut lucrari possit tantummodo semel in die.

Non videtur tamen plene responsum esse quaestionibus, quae in pagina 91 Positionis inveniuntur.

Nunc huiusmodi postulatur votum vel consilium:

Estne instituenda accurata investigatio theologica de hoc doctrinae capite?

Num ad interim Positionem generice probari potest, salva tamen hac conditione, eius singularia capita melius in posterum determinanda esse?»

Terminata la relazione, si apre la discussione, ed i presenti esprimono il loro voto su i due quesiti proposti.

Em.mo *Tisserant*: affirmative ad 2^{um} quaesitum.

Em.mo *Liénart*: affirmative ad 1^{um} quaesitum. È necessaria un'accurata investigazione teologica su questo capitolo di dottrina.

Em.mo *Agagianian*: affirmative ad 1^{um} et ad 2^{um} quaesitum.

Em.mo *Frings*: affirmative ad 1^{um} quaesitum. Si richiede una investi-



gazione teologica, prima di stabilire, in questa materia, cose pratiche, che potrebbero risultare inesatte.

Em.mo *Ruffini*: negative ad 1^{um} quaesitum; affirmative ad 2^{um}. Non è questione di dottrina, la quale deve restare quella che è stata sempre insegnata dal magistero ecclesiastico.

Em.mo *Siri*: affirmative ad 1^{um} quaesitum, perché si possono sempre fare degli studi; affirmative ad 2^{um} quaesitum.

Em.mo *Lercaro*: affirmative ad 1^{um} quaesitum: un approfondimento della dottrina è sempre possibile; affirmative ad 2^{um} quaesitum.

Em.mo *Wyszyński*: nihil innovetur usque ad finem Iubilei promulgati a Summo Pontifice.²

Em.mo *Urbani*: confermo quanto già detto nel mio voto a nome della Conferenza Episcopale Italiana.

a) L'investigazione è possibile, senza andare contro la dottrina della Chiesa; b) fare qualcosa di pratico.

Em.mo *Döpfner*: premessa: era mia intenzione conservare la posizione del magistero in proposito, che non è da confondere con le affermazioni dei teologi.

Ad 1^{um} quaesitum: è molto opportuno, anzi necessario dare una spiegazione teologico-pastorale sulle Indulgenze, prima di fare dei cambiamenti, alcuni dei quali, proposti dalla Sacra Penitenzieria, sono veramente ottimi.

Em.mo *Sheban*: affirmative ad 1^{um} quaesitum; conviene chiedere alle Conferenze Episcopali, alle quali nulla è stato chiesto circa questo punto.

Em.mo *Alfrink*: non è questione di cambiare la dottrina, ma di approfondire la teologia delle Indulgenze; conviene farlo prima di pubblicare ogni altro documento. Se la Santa Sede desidera fare qualcosa, dichiarare apertamente che la cosa è provvisoria, in attesa di un approfondimento dottrinale.

Em.mo *Confalonieri*: è bene fare un'investigazione: ergo ad 1^{um} affirmative. Quindi negative, pro nunc, ad 2^{um}.

Em.mo *Roberti*: prima una premessa teologica, senza pubblicare nulla; ma se ciò non è ritenuto opportuno, fare qualcosa senza toccare la dottrina.

Ecc.mo *Felici*: una investigazione è necessaria, sempre restando ferma

² In sessione pubblica VIII, die 18 novembris 1965: Cf. *Acta Synodalia...*, vol. IV, pars VI, p. 695 (A.A.S., 57 [1965], p. 984).



la dottrina cattolica; ma non è necessario che sia prima fatta questa investigazione, per pubblicare norme pratiche. Ora è bene, per ragione pastorale, dire qualcosa, dando delle norme pratiche disciplinari.

Ecc.mo *Morcillo*: d'accordo con mons. Felici; è bene fare qualcosa, per riordinare la disciplina delle Indulgenze.

Ecc.mo *Nabaa*: bisogna tenere presente la ragione ecumenica.

Ecc.mo *Krol*: sia lasciata aperta la strada per un approfondimento, ma intanto si pubblichino qualcosa sulla riforma pratica.

Ecc.mo *Kempf*: si deve rivedere la parte teologica.

Ecc.mo *Le Cordier*: conviene attendere.

Em.mo *Cicognani*: non bisogna preoccuparsi troppo dei protestanti; noi dobbiamo pensare ai nostri fedeli, ai quali occorre illustrare la dottrina tradizionale della Chiesa.

Terminata la discussione, l'em.mo Cicognani assicura che riferirà al Papa, cui spetta la decisione.

Alle ore 13 la seduta viene sciolta, con la preghiera di rito.

1 dicembre 1965.

EM.MUS ALFREDUS CARD. OTTAVIANI

Praeses commissionis de doctrina fidei et morum

2 dicembre 1965

Eccellenza Reverendissima,

Mi è regolarmente pervenuto il pregiato foglio, sigla LC/1013 del 29 u.s., con il quale l'Eccellenza Vostra Reverendissima chiedeva alla Commissione dottrinale un parere circa la traduzione italiana dell'espressione « *nostrae salutis causa* » (n. 13 cf. 3 de Revelatione).

In merito mi pregio significare all'Eccellenza Vostra Reverendissima che la Commissione dottrinale nell'adunanza di ieri ha precisato che nell'espressione « *Deus, nostrae salutis causa...* », la parola « *causa* » come appare abbastanza chiaramente dal contesto, non è nominativo ma ablativo e perciò non è attributo di « *Deus* », e deve essere tradotto « per la nostra salvezza ».

Non sembra tuttavia opportuno pubblicare una rettifica sull'Osservatore Romano potendosi rimediare nell'edizione definitiva del testo italiano che sarà pubblicato dalla Poliglotta Vaticana.